

## Aduertencias para

Clemēte nomine Tulucano, vt Matrimoniu  
duceret, & de facto duxit, cum quadam mulie  
re, quam in confirmatione tenuerat. Neq; a  
lia dispensandi causa interfuit, quā q̄ illa  
pauper, hic vero aliquantulum esset diues  
qui poterat eam honeste sustentare. Sed ad  
uerto, quod talis dispensatio non fuit facta  
per superiores nostri Ordinis, sed per alios.  
Vnde pater Focher satis scrupulose loquitur,  
in Expositione huius Bulle interpretando il  
la verba, pro conuersione infidelium, & ma  
nutatione, & profectu illorum. &c. vsq; Ro  
manæ Ecclesie, vbi dicit. Ex his verbis sci  
ant præfati fratres, q̄ non licet eis vti illa  
auctoritate Papali, maxime quo ad dispensa  
tiones, nisi subsit causa legitima, & rationabi  
lis ad dispensandum, aliās non dispensarent  
sed dissiparent, abutētes prædicta auctoritate.  
Quod nota, quia nonnulli putant, sibi lice  
re pro voto vti illa auctoritate, etiam nulla  
ad hoc existente rationabili causa, quod est  
falsum. Cum etiam Papa communiter non  
dispenset sine rationabili causa. Vt patet in  
cap. Veniens, qui Cleri. vel Vouen. Et in  
multis aliis casibus iuris, in quibus Papa so  
let rationem reddere quando dispensat in cō  
muni